

30 I consigli dei maestri

Boni magistri recta consilia et sana praecepta semper dabunt. Saepenumero enim discipulis dicunt: «Malum vitate, pueri, quia malum ad vitium ducit, et innumera ac funesta sunt vitia virorum. Praecipua vitia sunt avaritia, iracundia, invidia atque superbia. Avaritia virorum animos avidos ac divitiarum cupidos reddit, iracundia saepe magna bella inter populos excitat, invidia pestiferum amicitiae virus est. Superbia denique¹ deos offendit, virorum arrogantiam conflat, odium instigat et familias populosque dividit. Iustitiam industriamque igitur colite, discipuli, proborum consiliis parete, improborum amicitiam vitate, bonorum exempla legite atque discite, patriam claram vestri ingeni famam reddite».² Attamen magister probus ac rectus non solum bona consilia et praecepta dabit, sed etiam³ exempla praebebit: nam magister primum⁴ vitae exemplum discipulis⁵ esse debet.

¹ **denique**: «infine». ² **patriam... reddite**: ordina reddite claram (predicativo dell'oggetto) patriam famam vestri ingeni (genitivo). ³ **non solum... sed etiam**: «non solo... ma anche». ⁴ **primum**: «innanzitutto», «in primo luogo». ⁵ **discipulis**: «per i loro discepoli», compl. di vantaggio.

comprensione del testo/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano/2		3=7 3,5=8-9 4=10

28 Camillo salva Roma

Galli, saevus barbarorum populus, Galliam Transalpinam incolebant; neque agriculturam neque mercaturam exercebant, sed crebra bella cum populis finitimis gerebant spoliisque atque rapinis vitam sustentabant. Olim Brennus, Gallorum dux,¹ avidus gloriae ac praedae, incompositas barbarorum catervas per Italiam usque ad Latium perducit; hic² asperum proelium apud Alliam fluvium committit Romanorumque copias fundit atque fugat. Mox etiam Romam obsidere instituit, sed Romanis vitam salvam promittit pro mille libris auri.³ Dum autem viri feminaeque aurum congerunt atque pendunt, ab oppido propinquo supervenit Camillus, vir strenuus ac belli peritus, cum magno sociorum numero et auxiliis; in barbaros irruit et: «Non auro», exclamat, «Romani, sed ferro Romam servabimus!». Tum universi Romani ad arma concurrunt, graviterque Gallos fundunt atque concidunt.⁴

¹ **dux**: «comandante», apposizione del soggetto. ² **hic**: «qui», avverbio. ³ **pro mille libris auri**: «in cambio di...»; *libris* deriva da *libra*, -ae, f. ⁴ **concidunt**: da *concido* («sterminare»), non da *concido* («cadere»). L'invasione dei Galli è del 390 a.C.

comprensione del testo/4	0,5=insuff 1=suff	1=2-3 1,5=4
conoscenza delle regole morfo-sintattiche/4	1,5=discreto 2=ottimo	2=5 2,5=6
resa in italiano/2		3=7 3,5=8-9 4=10